

radice, præter naturalis spiritualisque Mercurij, tam initium spiritualis salis, in uno siet, & in una materia reperiatur, ex quibus Lapis, qui ante me fuit, conficitur, non tamen rebus in omnibus. Licet enim Mercurius per se ab omnibus philosophis, & ipsum sulphur per se, iuxta sal, in specie ad trahatur, & sulphur in uno, & sal in alio reperiatur: nihilominus tibi ajo, quod illud non ex superfluitate intelligendum, quod in quolibet plurima ex parte reperitur, & particulariter multis modis ad medicinam, & metallorum præparationem usurpari atque præparari poterit. Vniuersalis tamen terrenæ sapientiæ thesaurus, & omnium trium rerum incipientium, res est vnica, & in una vnicare simul reperitur atque extrahitur, quæ omnia metalla ad rem vnicam redigere potest, & verus est spiritus Mercurij, & anima sulphuris, una cum spirituali sale, simul coniungitur coniuncta sub uno cœlo, habitans uno in corpore, atque Draco & aquila est. Est insuper & Rex, & Leo: Spiritus & cadauer, qui auri cadauer ad vnam medicinam tingere necessum habet &c. Atque hac ratione præparata nostra Medicina vir & vxor, appellatur.

Operans item & patiens, quemadmodum Zimón in Turba ait: Scitote, quod mysterium huius operis ex viro & vxore consistat, hoc est, ex operante & paciente. In plumbo vir, in auripigmento vxor est. Vir, ob suscepit suam fœminam, se se exhilarat, & vxor à viro coloratum aliquod semen concipit, & ab illo tingitur. Et Diomedes ait: Coniungite virilem filium rubriserui bencolenti uxori. <sup>in Turb.</sup> coniugi, atque ita tum coniunguntur ad artem parientiam, ad quam nullum aliquid peregrinum, neque puluerem, neque ullum aliquid aliud, vel res alias, introducere

Theatrum Chymicum Vol. I.  
p. 25. Turb.  
p. 25. Vol. I.  
p. 26. Vol. I.  
p. 26.